Williermus Paviot de Fellens gener quondam Jaqueti Burricar juratus tenet a dicto hospitali medietatem anteriorem cuiusdam domus site in Burgo Melduni ou Chafa inter domum Perrodi Activillioz a vento et domum Johannis et Jaqueti Vouterat a borea, ad xii denarios Lausannenses census cum directo dominio eorum solvendos annuatim in Michaele, datum xx die mensis Maii.

Johanneta relicta Perrodi Salamine burgensis de Melduno jurata tenet ad censum imperpetuum a dicto hospitali unam ochiam sitam eis Bevouges subtus viam de Bevouges ab occidente et juxta ochiam Jaqueti Arma ab oriente, et juxta ochiam heredum Jaqueti Bessona a vento, et supra ochiam ? Luyseti Salamine, prout etc., ad vi solidos Lausannenses bonorum census solvendos annuatim in Andrea Apostolo cum directo dominio etc.

Lambertus filius quondam Johannerii Thome deis Chavanes Melduni juratus tenet a dicto hospitali,

Primo, unum pratum situm en Vauz juxta pratum ~~heredum~~ Johannodi Chapaller a borea et juxta aquam Merone a vento et subtus prata eys Papelar ab occidente, ad iiii solidos Lausannenses census solvendos annuatim in Michaele cum directo dominio eorundem, datum xxiiii die mensis Maii.

Item, idem tenet a dicto hospitali dimidiam ochiam sitam inter ochiam Johannodi Chavaneta a borea et terram ? Odeti Lanci a vento.

Item, unam aliam ochiam sitam juxta ochiam dicti Odeti a borea, et ochiam dicti Lamberti que movetur ab altare Marie Magdelene a vento, ad viii solidos Lausannenses bonorum census cum directo dominio eorum solvendos annuatim in Martino Yemalis.

Jaquetus Meinieri de Chavanes panniscissor juratus tenet a dicto hospitali pro medietate ochiam quandam ~~sitam en~~ cum salicibus existentes in dicta ochia inter Meronam a parte inferiori et ochiam Perrodi Rappondu a borea, et super rupem a vento, ad xv denarios Lausannenses census cum directo dominio solvendos in Martino Yemalis.

Idem tenet quendam ortum en Vauz inter ruetam a borea et viam publicam a vento et juxta Meronam ab oriente, ad vi denarios Lausannenses census cum directo dominio solvendos ut supra.

Item, quos Menerius quondam pater suus dedit dicto hospitali super omnia bona sua xii denarios census nomine elemosine solvendos ut supra, datum ut supra.

3 [ACV D3]

Mermetus filius quondam Jannini d'Ogens morans in Cabanis de Melduni juratus tenet a dicto hospitali unam ochiam sitam en la Vigny quam solet tenere Roletus Guynant inter ochiam dicti ? Mermeti ? ab oriente, et ochiam Johannis Nuffigniar ab occidente, et affrontat vie publice dou Mont ad ... (text completely lined out and then the alterations lined out as well)
Lausannenses census cum directo dominio etc. solvendos annuatim in Martino Yemalis etc., ita quod dictus ... (alterations largely illegible and whose order is uncertain)...

Item, juratus tenet a dicto hospitali ad censum perpetuum de censu Perrodi de Castello modicum ochie site retro domum dicti Mermeti inter ochiam heredum Johannodi Chavaneta a vento tendentem ad rupem a parte superiori, que predictam Mermetus Vijo de Sivrie solet tenere ad unum denarium Lausannensem census cum directo dominio eundem solvendum annuatim termino predicto.

Johannes Williermeti de Cabanis Melduni juratus tenet a dicto hospitali ad censum imperpetuum quendam ortum situm in Babanis in quo solet esse domus Johannodi Villan, inter ruetam a borea et casale dicti Johannis Williermeti a vento ad xii denarios Lausannenses census cum directo dominio etc. solvendos annuatim in Martino Yemalis, datum xxvi die mensis Maii.

3v [ACV D3v]

Johannes dictus Affichier sutor de Burgo Melduni juratus tenet a dicto hospitali quendam ortum situm in Cabanis Burgi Meldni inter viam tendentem super Montem ab occidente et viam de Bevouges ab oriente, et ortum Marguerete filie quondam Michaelis Papellar a vento, et ortum Mermone Abbessa a borea, prout etc., ad octo denarios Lausannenses census cum directo dominio eorum solvendos annuatim in Martino Yemalis.

Johannes Blanchet filius Johannodi Blanchet de Melduno confitetur tenere imperpetue recognitionis a dicto hospitali unam domum sitam en Laya inter domum Agnellete Dagie a vento, et domum ... ? a borea, ad ii solidos Lausannenses census cum directo dominio eorum solvendos annuatim in Martino Yemalis etc., datum ii die mensis Junii.

(Added below this item in a different ink, and much of the text has faded due to moisture: Guionetus Bellon de Melduno [confitetur tenere a dicto hospitali medietatem ?] predictae domus quam acquisivit a predicto Johanne sub censum ... , datum xviii die mensis ... m^o ccc^o lxxx ? vi^{to}, with signature and parape of Anthonius de Stagno.)

Roletus Marchian de Melduno juratus tenet a dicto hospitali unum ortum situm retro Laya inter ochiam Perroneti de Laya clerici a borea, et ortum Jaquinodi de Capella a vento, affrontat ruete parve etc., ad xii denarios Lausannenses census cum directo dominio etc. solvendos in Andrea, datum ut supra.

~~Oletus Lanet~~ Petrus Nuffigniar juratus tenet a dicto hospitali unam ochiam sitam en la Vigny juxta ochias Lamberti deis Chavanis hinc et inde, ad xv denarios ? Lausannenses bonorum census solvendos annuatim in Andrea cum directo dominio.

Idem Odetus de legato quondam Stephani Lanci fratris sui quos assignavit percipiendos super unam ochiam en Bevouges inter ochiam dicti Odeti a borea et ortum Marguerite uxoris Johannosi Apparelie a vento, duos denarios Lausannenses census solvendos annuatim termino predicto.

Johannodus Villan (partly lined out?) (inserted above the line: Williermus Chartreir clericus Melduni) juratus tenet a dicto hospitali unam ochiam sitam en Bevouges inter ochiam Williermi Chartreir clerici a borea et ochiam Domini Stephani Ansermi presbiteri a vento super viam, ad iii solidos Lausannenses census cum directo dominio solvendos annuatim in Martino Yemalis. (Added in the right margin, but extremely faded and not completely legible: ... census quos super ? pro ... Anthonii de Stagno xvii die Septembris ... nonagesimo secundo.)

Stephanus Voutet (lined out) (inserted above this and lined out: Oliverii ? de Lausanne ? pelliparius) (and inserted in turn above this: Stephanus Vouter) juratus tenet a dicto hospitali unam domum situm en Laya a parte Merone inter domum Agnellete ? Dagie a borea, et domum Perreti Reys a vento, quam domum acquisivit a dicta Agnelleta ? , prout etc., ad iiii denarios Lausannenses census cum directo dominio solvendos in festo Sancti Martini Yemalis, datum undecima die Februarii anno domini m^o ccclxxxvii (11 feb 1387).

4 [ACV D4]

Johannes Roberti filius quondam Girardi Roberti burgensis Melduni juratus tenet a dicto hospitali unam ochiam sitam retro Burgum Melduni a parte Broie (=Broye) juxta ochiam Petri de Williens a borea, et ochiam Petri de Laya clerici a vento, et ochiam Domini Uldrici Cudeffert presbiteri ab oriente, et ochiam dicti Johannis ab occidente, ad sex denarios Lausannenses census cum directo dominio eorum solvendos annuatim in Martino Yemalis.

Bysoncius filius quondam Francesie relicte Perrodi de Willienjauz et dicti Perrodi filius juratus tenet a dicto hospitali medietatem prati siti supra Perreriam de Melduno inter terram Petri Boveir et ochias filiarum Nobilis viri Domini Anthonii de Williens militis antenati que fuerunt quondam Johannis Favrat ... lo Mont et partitur cum heredibus Jaquinodi Cerjat prout etc., ad ii solidos Lausannenses census solvendos annuatim in Martino Yemalis cum directo dominio eorum etc., datum xxi die Junii.

Petrus Vouterat sutor de Melduno juratus debet dicto hospitali de legato Francesie predicte quos assignavit percipiendos super domum suam quam nunc tenet dictus Petrus sitam in Burgo Melduni a parte Broie (=Broye) juxta domum Roleti Sody a borea et domum Auberti Morel a vento, videlicet tres denarios Lausannenses census nomine elemosine solvendos annuatim termino predicto.

Idem Petrus debet de legato Brusete dicte Petita uxoris Stephani Fornerat burgensis Melduni quos assignavit percipiendos super ochiam suam quam tenet nunc dictus Petrus sitam inter ochiam Perrodi de Bruyvauz a vento, et ortum dicti Petri a borea, prout etc. videlicet duos denarios Lausannenses census ex elemosina solvendos annuatim termino predicto, with further proceedings.

Idem Petrus recognoscit debere de legato Mermeti de Wallacrest pelliiparii de Melduno quos assignavit dicto hospitali percipiendos super campum situm supra Fontem de Wallacrest quem nunc tenet dictus Petrus, inter pratum Jaqueti Arma a vento et viam publicam a borea, videlicet sex denarios Lausannenses census nomine elemosine solvendos annuatim termino predicto.

Idem, Petrus recognoscit debere dicto hospitali de elemosina Perroneti fratris dicti Mermeti de Wallacrest quos assignavit percipiendos super campum dou Fort inter pratum Johannis de Wallacrest a vento et ochiam Jaqueti Arma ab oriente, videlicet tres denarios Lausannenses bonorum census nomine elemosine solvendos annuatim termino predicto, datum ut supra.

Idem juratus tenet ad censum imperpetuum a dicto hospitali medietatem cuiusdam partis posterioris domus eys Cursons site in Cruce Melduni juxta domum Perrodi Accivilioz a borea, et aliam medietatem dicte domus a vento, quam medietatem acquisivit ab heredum Johannodi Batalliar, promittit pro viginti tres denarios cum obolo Lausannenses census cum directo dominio eorundem solvendos annuatim in festo Nativitatis Domini, et pro laude quam inde ... , datum xii die mensis Aprilis anno domini m^o ccc^o nonogesimo (12 apr 1390).

4v [ACV D4v]

Clemencia relicta Bertodi Ballif burgensis Melduni et Stephani Vionet dicti loci burgensis (in other words, Clemencia was the widow both of Berthodus Ballif and of Stephanus Vionet) confitetur debere dicto hospitali tanquam usufructuaria in bonis dictorum virorum eius, quos dictus Berthodus dedit et legavit de pura elemosine census recuperandos super omnia bona sua quecumque quos promittit solvere annuatim in Martino Yemalis (insertion above the line, not legible), que possunt reemi perpetue pro viginti solidos Lausannenses, videlicet duodecim denarios Lausannenses census nomine elemosine.

Eadem Clemencia recognoscit jurata tenet a dicto hospitali de tenemento Stephani Vionar viri sui quondam ex parte quondam Perrodi de Castello tamquam usufructuaria ut supra unam ochiam sitam en Bevouges versus Perreriam juxta ochiam dicti Stephani Vionar a parte inferiori et juxta rivum a parte superiori et tangit ochiam Perrodi Carrojo ex una parte et rivo ex altera, prout etc., pro tribus denariis Lausannensibus bonorum census solvendis annuatim et perpetuo in Andrea Apostolo cum directo dominio juramento etc.

Eadem Clemencia jurata tenet a dicto hospitali de censerie dicti Stephani ex parte dicti hospitalis sub censu annum unam ochiam sitam retro Burgum a parte Broie (=Broye) inter ochiam Girardi Choupar et ochiam que fuit Girardi Roberti et juxta ochiam Petri de Williens domicelli, prout etc., pro sex denarios Lausannenses census cum directo dominio solvendos annuatim in Martino Yemalis etc., datum xxiiii die mensis Octobris.

Johannes Neffignyar de Melduno juratus recognoscit tenere ad censum imperpetuum a dicto hospitali de censu Perrodi de Castello unam ochiam sitam inter ochiam Johannodi Chavaneta et viam Montis ? et inter ... ? Lamberti de Cabanis a superiori et ochiam quondam

Nicholeis Papellar ab inferiori, prout etc., ad ii^{os} solidos Lausannenses census cum directo dominio eorundem solvendos annuatim in Andrea, datum ix die Decembris.

Petrus filius quondam Nycodi de Willienjauz dicti dou Chaffa sutor juratus tenet a dicto hospitali ad censum imperpetuum unum massum terre et prati in loco dou Maruginel ? inter terram Jaqueti Ysabelle a superiori et terram eys Chavanetes ab inferiori et affrontat ochiis que fuerunt quondam Bisoncii Bertran ? et coste dicte Enversa et usque ad la folla eys Palellar, prout etc., pro duabus denariis cum obolo Lausannensibus census solvendis annuatim in Nativitatis Domini etc. cum directo dominio etc., datum v die Decembris.

Idem juratus tenet ad censum imperpetuum unum morsellum prati situm en Vaud inter viam veterem et Meronam et affrontat prato quondam Johannodi de Wippens et Mermeti ... ? , prout etc., pro tribus solidis Lausannenses census solvendis annuatim in Martino Yemalis cum directo dominio etc.

Johannes Lambert de Cabanis Burgi juratus debet dicto hospitalis ad censum imperpetuum de legato Stephani Vionar ... ? (uncertain script, possibly lined out) unam ochiam sitam en la Perrery Melduni inter ochiam Perrodi de Bruyvauz a vento et ochiam Roleti Sody a borea, videlicet quindecim denarios Lausannenses census cum directo dominio eorundem solvendos annuatim in Andrea Apostolo etc., datum xviii die mensis Decembris.

5 [ACV D5]

Petrus de Capella burgensis de Melduno confitetur tenere ad censum imperpetuum pro se et suis a dicto hospitali, videlicet unum massum terre et prati situm en Charmet quem tenebat quondam Mermeti Juglarat juxta pratum Nycodi et Rodulphi Cerjat quos ab ipsis tenet Besoncius suctor a vento et terram dicti Pereti de Capella a borea, et affrontat certa ? (uncertain script and abbreviation) terre Nantermi Ducet a superiori et terre filiarum de Williens ab inferiori, prout etc., ad sex solidos Lausannenses bonorum census solvendos annuatim in Martino Yemalis etc. juramento etc. obligacione bona etc., datum tercia die mensis Marcii anno domini millesimo ccclxxxvi^{to}.

Marguereta filia quondam Michaelis Papellar sutoris burgensis Melduni ~~de laude~~ nunc uxor Johannodi Apparelie confitetur ? dicto hospitali [de laude ?] ipsius ? Johannodi jurata recognoscens ? quod cum idem Michael pater suus dederit dicti hospitali pro remedio anime sua et Perrete eius uxoris matris dicte Marguerete octo denarios Lausannenses census nomine elemosine [de quibus? ?] Agnes ? filia quondam dicte Perrete debet solvere quatuor denarios Lausannenses census, quem censum assignavit percipiendos annuatim in festo Ascencionis Domini supra quandam ochiam retro Burgum a parte boree ... et dicta Agnes et supra ortum situm in Cabanis Burgi juxta ortum Odeti Lanci ex una parte et ortum dicte Abbessa ex altera, prout etc., (several more words, mostly illegible, lined out).

Item, et quondam Perreta ... ? dederit dicto hospitali in elemonsia duos denarios Lausannenses census quos assignavit annuatim ... supra domum suam quam nunc tenet in Burgo a parte Merone juxta domum castellanie ? de Bollens eadem Margueretam de laude qua supra ... promittit solvere annuatim pro se et suis juramento et obligacione dictorum rerum in festo

predicto predictos sex denarios Lausannenses census ..., datum viii die mensis Marcii anno domini quo supra.

5v [ACV D5v]

~~Peronetus de Laya clericus~~ (inserted above the line: Petrus dictus Copet panniscissor) de Melduno juratus recognoscit tenere ad censum imperpetuum a dicto hospitali de bonis Perrodi de Castello videlicet unam ochiam sitam retro Burgum Melduni in aquarie ? Merone inter ochiam Roleti Marchiant a vento, et ochiam dicte Panereta ? a borea, ad xv denarios Lausannenses census cum directo dominio solvendos annuatim in Andrea Apostolo etc., datum xxiii die mensis ~~Junii~~ Maii anno domini millesimo cclxxxviii nonagesimo (23 may 1390, altered from 23 jun 1388).

Jaquemetus Tintureir de Melduno juratus debet dicto hospitali de elemosina Perrussete ? relicte Uldrici Estaurant ? de Melduno assignatum super domum suam sitam in Cabanis Burgi inter domum predicti Uldrici et grangiam Lamberti de Cabanis, prout etc., pro unum bichetum messelli ad mensuram Melduni census solvendum annuatim in Michaele etc. datum xv die mensis Junii ? anno domini m^o cclxxxviii^o (25 jun 1388).

Jaquetus Berset pelliparius de Melduno confitetur tenere a dicto hospitali ad censum imperpetuum quandam costam sitam in Bevojes supra perreria quam tenebat Anthonius Cossonay cum populis et salicibus in dicta costa existentes, prout etc., pro tribus solidis et sex denariis Lausannensibus census etc., promictit solvere annuatim in Martino Yemalis cum directo dominio etc., juramento etc., datum xii die mensis Septembris anno domini m^o cclxxxviii^o (12 sep 1388).

Perrodus Activillioz burgensis Melduni juratus tenet a dicto hospitali de nova acquisitione quendam campum situm en Roncenges subtus pratum ... ? inter terram dicti Perrodi a vento et inter viam de Roncinges (written rōcinges) ab inferiori et dictum pratum a superiori, prout etc., pro xviii denariis Lausannensibus census, et promictit solvere annuatim in Martino Yemalis etc. juramento etc., datum x die mensis Marcii anno domini m^o ccc^o nonagesimo (10 mar 1390). (Additional notation, almost entirely faded: Fiat licetera ... pro dicto Perrodo et suis de laude Anthonii de Stagno rectoris dicti hospitalis ... , datum ut supra.)

6 [ACV D6]

Mermeta (elsewhere in this volume usually Mermona) dicta Abbessa de Melduno jurata recognoscit se debere dicto hospitali de legato Michaelis Pappelar burgensis Melduni, quos legavit idem Michael dicto hospitali pro remedio anime sue recuperandos super quendam ortum suum situm retro Burgum juxta ortum heredum Odeti Lancy a borea, et ortum Johannis Piqueczin ? (name appears to be written piq̄czin, but the script is far from clear) a vento, quem ortum dicta Mermeta acquisivit de novo, prout etc., videlicet quatuor denarios Lausannenses census elemosine, promictit solvere annuatim in Martino Yemalis etc., datum xxii die mensis Julii anno domini m^o ccc^o nonagesimo primo (22 jul 1391).

Mermemta relicta Roleti Garmedat jurata confitetur se debere dicto hospitali de legato dicti Villar quos assignavit annuatim recuperandos in festo Sancti Martini Yemalis supra quandam domum suam sitam in Burgo Veteri inter domum Roleti de Furno ex una parte et domum relicte Michaelis Choupar ex altera, prout etc., duos denarios Lausannenses census etc., datum xxvii die mensis Februarii anno domini m^o ccc^o nonagesimo sexto ? (27 feb 1396 ? , the last digit of the year written *f*^o).

(Fol. 6v [ACV D6v] is blank.)

7 [ACV D7]

In Castro Melduni

Primo, Johannetus Rastallat de Burgo Melduni juratus tenet a dicto hospitali unam ochiam sitam subtus viam dou Fez et affrontat Broie (=Broye) versus campum quondam Bertodi Sarracem en Oretes juxta terram dicti Johanneti Rostallat ad quatuor denarios Lausannenses census cum directo dominio solvendos annuatim in Martino Yemalis etc., datum xv die mensis Maii.

Rodulphus Palliere notarius de Melduno juratus ~~tenet~~ recognoscit debere dicto hospitali quos legavit dicto hospitali Johanneta quondam uxor sua filia quondam Perrodi Pomel de Rota, videlicet duodecim denarios Lausannenses census nomine elemosine solvendos annuatim super omnia bona sua in festo Beati Martini Yemalis.

Item, de legato Francesie quondam uxoris Johannodi Palliere quondam matris sue quos legavit dicto hospitali nomine elemosine census, videlicet decem et octo denarios Lausannenses cum directo dominio eorum, quos debet annuatim heredes Eballi quondam filii Constantini de Corevont pro rebus quas inde tenet, solvendos annuatim in festo predicto obligatione predicta.

Item, de legato Jaquete uxoris sue dicti Rodolphi Palliere quos legavit solvendos super omnia bona sua annuatim termino predicto pro remedio anime sue vi denarios Lausannenses census.

Girardus Bolens pelliparius juratus recognoscit debere dicto hospitali ex elemosina ... quondam eius matrem videlicet unum ... frumenti census solvendum annuatim in ... etc. datum ut supra, promittit solvere juramento et obligatione bona sua et ...

Petrus Arma clericus de Melduno recognoscit se debere dicto hospitali de legato quondam Roleti filii Petri Pollat de Wallacrest, quos assignaverit perpetue sovendos supra campum suum situm in territorio Melduni ultra Broiam (=Broyam) inter terram Jacobi Moralat et terram Johannodi filii quondam Girardi Pollat, quem campum dictus Petrus Arma acquisivit a Johanne de Wallacrest clerico filio dicti quondam Petri Pollat de novo, videlicet tres denarios Lausannenses bonorum census nomine elemosine solvendos juramento annuatim obligatione predicti campi in Martino Yemalis etc., datum xxvi die mensis Augusti anno domini quo supra.

Jaquetus Villan pelliparius de Melduno juratus tenet a dicto hospitali de censu quondam Perrodi de Castello,

Primo, unum morsellum costa que quondam fuit Jaquinodi Clopton ? supra Perreriam juxta costam quam tenet heredes Anthonii Cossonay a vento et ochiam Domini Stephani Ansel presbiteri a borea, prout etc., ad duos solidos Lausannenses veteres census solvendo perpetue dicto hospitali in Andrea Apostolo cum directo dominio etc., datum peneultima die mensis Decembris.

Janninus de Masches panniscissor morans Melduni gener Ysabelle relicte Jaqueti Cordeir burgensis Melduni de laude et voluntate Agnellete (written agnetis with n̄ inserted above it) eius uxoris filie dicto Ysabelle et quondam Jaquinodi Mejo de Melduno necnon dicta Ysabella confitentur quod cum quondam dictus Jaquinodus Mejo teneritur debitor dicto hospitali ex mutuo habito in bona pecunia munerata in quinquaginta et quinque solidis Lausannenses bonorum et quondam Martini Cordeir erat fidejussor de solvendo predicto pro quibus dicta Ysabella tanquam tutrix dicte Agnellete et aliorum liberorum suorum vendiderit perpetue dicto hospitali quatuor solidos Lausannenses census solvendo annuatim in Martino Yemalis nomine vendicionis predictae, quem censum predictum dicta Ysabella solvere recussabat pro eo quod dicta Agnelleta et eius maritus debebant solvere ipsum censum eidem Johannodi Apparelie tanquam rectori dicti hospitalis inquietabat dictas partes ? necnon et super unam aliam cupam frumenti census nomine elemosine dicto hospitali debitam ex parte quondam Johannon filii quondam Aymonis Fabri de la Ruina eundem ? nundem dicta inquietacio ... concordata mediante Rodulpho Palliere et Johanne de Wallacrest amicis super hoc electis quod dicti Janninus et Ysabella de laude quo supra et Magistri Jacobi Pipini rectoris scholarum Melduni et Johannete eius uxoris filie dicte Ysabelle et quondam Jaqueti ? Cordeir predicti recognoscunt et promittunt solvere pro se et suis perpetue solvere et reddere dicto hospitali, scilicet dictus Janninus duos solidos et duos denarios Lausannenses bonorum census et dictam cupam frumenti census ad mensuram Melduni, et dicta Ysabella viginti et duos denarios Lausannenses census tamen annuatim in Martino Yemalis etc., juramentis etc. obligacione bona etc. cum dampnis credere etc. quem censum predictum possunt semper redimere et rehemere a dicto hospitali post ? facta prius solucionis dicti census et retentis si que erat, scilicet dicta Ysabella et suis pro xxv solidis Lausannensibus bonorum et dictus Janninus dictos duos solidos et duos denarios pro xx solidis Lausannensibus bonorum et dictam cupam frumenti pro xl solidis Lausannensibus bonorum, ita quod ipsi redimendi dictum censum rectori hospitalis tenentor ? sibi reddere alias licteras dicti census que remanent penes dicti hospitalis in suo robore valiture ad solvendum predictum ... licteram quictacionis de ... etc. promittunt ? facere laudationem ? predictos a dictis Agnelleta et Johannete conjuges (that is, jointly) sub obligacione predicta etc., bene fiat etc., datum secunda die mensis Februarii anno domini millesimo cclxxxsexto (02 feb 1386). Duplicatur. Dictus Janninus reemit dictam cupam frumenti pro precio predicto dictorum xl solidorum Lausannensium quos inde habuit Anthonius de Stagno rector dicti hospitalis.

Predicta Ysabella jurata recognoscit se debere dicto hospitali ex legato quondam Alixone Cordeir quos assignat annuatim percipiendos super domum suam sitam juxta portam Castri et domum Johannis de Crevel (this name is later found at Moudon as Decrivel or similar) quos

promittit solvere juramento in Martino Yemalis, videlicet tres denarios Lausannenses census nomine elemosine. Dictus Magister Jacobus Pipin laudet predicta et promittit facere laudacionem a dicta Johanneta eius uxore etc., datum ut supra.

8 [ACV D8]

Nychodus Cordeir clericus Melduni confitetur tenere nomine locatio ? et ad censum per ix annos proximos inchocendum in proximo Martino Yemalis tamen et non ultra a dicto hospitali partem grangie site juxta grangiam Marini Massuz ab oriente et aliam partem dicte grangie ab occidente cum medietate cultivie dicte grangie site ante dictam partem sibi locatam.

Item, campum situm ou Fez juxta terram Johannis Luguex a vento, et terram Sancti Johannis Jeherolsalem ab oriente, prout etc., pro xx solidis Lausannensibus census solvendis annuatim in Martino Yemalis etc. juramento etc. obligacione bona etc., ita quod si admoveretur si in presenti anno proximo dictum hospitale teneretur solvere iiii solidos Lausannenses pro vino inde potato (=alternativ form of potu, the phrase refers to “wine that has been drunk” or other incidentals during the proceedings of finalizing the agreement) dicto Nycodo etc., datum iiii die mensis Octobris. Facta fuit de laude Anthonii Bruyvauz clerici villici ? Melduni et dicti hospitalis absente rectore et Johannodi Serragim, Johannis Bugnex ? , Anthonii de Stagno, et Johannis Oges textoris Melduni etc. Fiat lictera pro dicto Nycodo cum guerencia ? , juramento etc., de laude predicta, datum ut supra.

Johannes Fornerat clericus de Melduno juratus recognoscit se debere dicto hospitali de legato Jaquete filie quondam Perrodi Fornerat uxoris Rodulphi Palliere de Melduno clerici sororis dicti Johannis, quos assignavit annuatim percipiendos pro remedio anime sue super census quos dibi debeant certi censerii ex parte avunculi sui pro dote sua in festo Sancti Martini Yemalis, videlicet sex denarios Lausannenses census, datum xxi die mensis Augusti anno domini m^o ccc^o nonagesimo (21 aug 1390).

8v [ACV D8v]

Johannes Salamine de Syens burgensis Melduni juratus tenet a dicto hospitali tam ex parte sua quam ex parte dictarum Faveta de quibus est heres, pro rebus infradeclaratas etc.,

Et primo, unum pratum quod quondam fuit dictorum Garimedat ? situm en Vauz circa tres setoratarum prati inter prata ? dicti Johannis hinc et inde, prout etc., pro sex solidis census de racione qua dominus recepit ? census suos in Melduno cum directo dominio eorundem solvendos annuatim in festo Nativitatis Domini etc., datum xviii die mensis Aprilis anno domini m^o ccclxxxx^{mo} (18 apr 1390). (Added below this item: Anthonius Bruyvauz clericus de Melduno confitetur se tenere predictam a dicto hospitali ex adquisito facto censerie predicto, promittit solvere ut supra, juramento suo etc., cum directo dominio, datum xxiii die mensis Maii anno domini m^o ccc^o nonagesimo sexto (23 may 1396), with signature and paraphe of Anthonius de Stagno.)

Idem [Johannes Salamine] juratus debet dicto hospitali de legato Perrodi Carrojo et Johannete eius uxoris, quos ipsi dicto hospitali assignaverit perpetue recuperandos super sua

omnia bona que nunc tenet idem Johannes, solvendo annuatim in festo predicto, videlicet duos solidos Lausannenses census nomine elemosine etc., datum ut supra.

Idem [Johannes Salamine] juratus debet dicto hospitali de legato Perrodi Pomel de Rota et Alexie eius uxoris filie quondam Bertodi Sarragin burgensis Melduni, quos ipsi assignaverit aut recuperandos super quatuor solidos Lausannenses census quos sibi dictis conjugibus debet aut Perrodus Carrojo pro certis rebus quas inde tenet idem Johannes ex parte dicti Perrodi Carrojo, videlicet xii denarios Lausannenses census nomine elemosine solvendo annuatim in festo predicto etc., datum ut supra. (Additional notation: Limictetur censeria.)

Luysetus Salamen (=Salamine ?) de Syens burgensis Melduni juratus teneri debet dicto hospitali de legato Jacobi Salamen burgensis Melduni, quos assignat supra i cultile situm retro Castrum Melduni supra Meronam inter ochiam Rodulphi Palliere a vento et ochiam heredum Johannis de Wellis ? a borea, prout etc., videlicet xii denarios Lausannenses census nomine elemosine solvendo annuatim in Martino Yemalis etc., datum xi ? (apparently written over vi ?) die mensis Marcii anno domini m^o ccclxxxii^{do} (11 ? mar 1392).

Idem Luysetus juratus debet dicto hospitali ex vendicione perpetua facta dicto hospitali per quondam Johannodum Emeri[t] burgensis de Melduno pro quadraginta solidis Lausannensibus bonorum, quos inde idem Johannodus habuit etc., quos assignat annuatim percipiendos in festo predicto, videlicet supra cultile reductum in gerdile situm subtus viam de Bovar ? inter costam Nychodi Cordeir etc., videlicet duos solidos Lausannenses census, ita cum quod si lictera recognicionis reperietur eo tunc possit rehemire juxta tenorem ipsius rehacheti etc., datum ut supra.

9 [ACV D9]

In Plano Burgello

Anno sexto (i.e., the dates on this page should be reckoned in 1386, absent any other indication)

Primo, Johannetus de Montet panniscissor juratus recognoscit tenere a dicto hospitali de novo acquisito facto Perrodi de Chastel, videlicet unum casale domus quod quondam fuit ou Boczu cum ochia et terra sitis circa dictum casale inter ochias quas tenet dictus Johannetus a Nycodo et Rodulpho Cerjat fratribus a parte venti, et juxta ochiam Rodulphi Palliere quam tenet dictus Johannetus a parte venti, et juxta terram dicti quondam Souvagnyn quam tenet dictus Johannetus, et terram que quondam fuit Nycolay de Grueria a parte boree quam tenet nunc dictus Johannetus, prout etc., ad tres solidos Lausannenses bonorum census cum directo dominio eorum solvendo annuatim in Andrea Apostolo etc., datum xvii die mensis Julii anno domini quo supra (17 jul 1386).

Idem Johannetus de Montet juratus tenet a dicto hospitali unum campum sium ibidem prope juxta terram dicti Johanneti a vento, et lo ruaul a borea, et terram Roleti Millet quam tenet ab Henrico de Glana a parte superiori, qui campus fuit quondam Nycodi de Monsenson, prout etc., ad sex denarios Lausannenses census cum directo dominio eorum ultra undecim solidos et

sex denarios census debitos per dictum Johannetum altari Sancti Anthonii fondato in ecclesia Sancti Stephani de Melduno, quod dicto campo et uno praeto sito juxta dictum campum qui quidem praetus movetur a dicto Johanneto ? Sarragin unacum pluribus aliis rebus sitis ibi prope, promittit solvere termino predicto, datum ut supra.

Anthonium Charles burgensis et carpentator Melduni recognoscit se debere dicto hospitali ex donacione elemosine perpetue de legato quondam Hugonis Barbeir supra grangiam suam sitam extra portam Mali burgi que nunc conversa est in ortum juxta viam dou Fez, videlicet quatuor denarios Lausannenses census de elemosina solvendos annuatim in Martino Yemalis etc.

Aymo Perrier burgensis Melduni juratus tenet ad censum imperpetuum a dicto hospitali, quem acquisitum a Jaqueto Perchet (=Porchet ?) aurigera, unam peciam terre sitam versus Pratum Bertan supra viam publicam de Lucens inter terram filiarum de Williens a superiori et terram que fuit Jaquemeti Bez ex altera, et affrontat pascuis ville prout etc., ad unam cupam medii frumenti census ad mensuram Melduni solvendam annuatim in Martino Yemalis etc., cum directo dominio etc., datum ut supra.

Idem [Aymo] ex p[arte] Jaqueti Porchet aurigeri super omnia bona que acquisivit ab eodem ex vendicione facta dicto hospitali per quondam Humbertum Porchet, xv solidos Lausannenses et tres cupas medii frumenti census solvendos annuatim in Martino Yemalis de quibus habet census a dicto hospitali.

9v [ACV D9v]

Mermetus de Syvrie (=Syviriez) burgensis de Melduno juratus recognoscit se tenere ad censum annum imperpetuum a dicto hospitali quam aliter ? recognoscere et tenere confessus est, videlicet circa duas posas terre sitas en Bronjon prope Broiam (=Broyam) juxta terram dominarum de Williens a parte boree, et viam publicam a parte venti, et tangit terre Uldrici ? Fabry quas tenet a dicto hospitali, prout etc., ad tres cupas medii frumenti census ad mensuram Melduni census solvendas annuatim in Michaele Archangeli, datum x die mensis Februarii.

Idem M. (=Mermetus) juratus tenet a dicto hospitali ad censum imperpetuum unam bancam sitam ante domum hospitalis juxta magnam portam hospitalis a parte inferiori et bancam Nichodi Malliet a superiori. Item, non potest facere macellarium etc., ad duos solidos Lausannenses census solvendos annuatim in Martino Yemalis, datum ut supra.

Stephanus Wangnyerre de Tolles dat et legat donacione pura perpetue dicto hospitali nomine elemosine pro remedio animarum Johannete prime uxoris sue et Rolete de Grangetes (perhaps his second wife ?), videlicet iiii^{or} denarios Lausannenses census quos assignat perpetue recuperandos in Martino Yemalis, videlicet super ochiam suam sitam in via de Tyerrens inter ochiam Roleti Rafficel ab oriente et ochiam a la Cobayt ab occidente, prout etc., quod potest redimiere dictum censum perpetue pro septem solidis Lausannenses bonorum que tunc debeant ... ? in adquisito alibi nomine quo supra, datum tercia die mensis Februarii anno domini m^o cccclxxx septimo (03 feb 1387).

Johannes Aubry et Nychodus ? Rubatoz panniscissores confitentur tenere in solidum nomine locationis a dicto hospitali per unum annum proximum tamen incohandum proximo Dominico Trinitatis habetur ? domui dicti hospitalis que quondam fuit Jaqueti Geraleir ? sito in Planis Burgellis Melduno a parte Merone inter domum heredum Mermeti de Syvrie (=Syvirie) ex una parte et domum Johannis de Wallacrest ex altera, prout etc., pro xxvii solidis Lausannensibus, promittit solvere in proximo Michale medietatem et in fine ? (word has been altered) dicti anni aliam medietatem etc., juramento etc., obligacione bona etc. cum missionibus credere etc., et in casu quod dicta domus vendideretur eo tunc teneatur solvere de tempore quo remannerat ? (uncertain script and abbreviation) omnia ipsius domum relinquere volunter pro octo diebus ante que vendicio seu relinquacio debet denunciari utrique ... ? ante, datum ix die mensis Maii anno domini m^o ccc^o lxxx^o (09 may 1390).

Prefatus Nychodus ? confitetur tenere a dicto hospitali per unum annum proximum tenens ? incohandum in proximo festo Sancti Michaelis nomine locatione etc., predictam domum superius limictatam que fuit dicti quondam Jaqueti Garoleir ? , prout etc., xxxiii solidos Lausannenses bonorum etc., promittit solvere in festo Pasche medietatem et in fine dicti anni aliam medietatem etc., juratum etc., obligacione bona etc., cum dampnis credere etc., sub condicionibus contentis in predicto proximo pro... ? lamato ? etc. bene fiat etc., datum prima die mensis Septembris anno domini m^o ccc^o nonagesimo primo (01 sep 1391).

(Fols. 10 [ACV D10] and 10v [ACV D10v] are missing.)

11 [ACV D11]

In Malo Burgo

Primo, Roletus alumpnus quondam Jaquinodi Cerjat de Melduno juratus tenet a dicto hospitali ad censum imperpetuum unum pratum dictum Praz Chevaleir situm prope grangiam suam de Coveston ? et juxta viam de Cogueston ? ex altera, prout etc., ad cxii ? (uncertain, possibly intended as xii) denarios Lausannenses census cum directo dominio eorundem solvere annuatim in Martino Yemalis etc., datum xxi die mensis Januarii anno domini millesimo ccclxxxvi^{to} (21 jan 1386).

Idem [Roletus Cerjat] juratus recognoscit se debere dicto hospitali de legato Williermi dicti May de Chavanes quam assignat annuatim percipiendos supra domum suam situm in Malo Burgo inter viam tendentem Broie (=Broye) ab oriente, et domum Mermeti de Rota sutoris et Johanneti de Chesales carpentatoris ab occidente, qua domum dictus Roletus acquisivit ab Uldrici ? de Chavanes, videlicet unam cupam medii frumenti ad mensuram Melduni solvendam annuatim in Martino Yemalis, datum ut supra (=21 jan 1386).

Jaquetus Cagnyolat dictus ... ? de Melduno juratus debet dicto hospitali de legato Perrodi Robin [et] Agnetis eius uxoris quos assignaverit recuperandos annuatim super domum suam sitam in Malo Burgo quam nunc tenet idem Jaquetus juxta domum Petri B... ? generi Nycodi Costa ex una parte et domum Perrodi Costa ex altera, prout etc., videlicet quatuor denarios Lausannenses census solvendos annuatim in Martino Yemalis, datum x die mensis Februarii.

Jaquetus Bollion burgensis de Melduno juratus debet dicto hospitali quos diu est alia recognovit ex legato Johanneti Bollion fratris sui quos assignat annuatim etc., recuperandos super domum suam sitam inter bastimenta ville et domum Stephani Bollion, prout etc., videlicet duodecim denarios Lausannenses census solvendo annuatim in Michaele, datum ut supra.

Idem [Jaquetus] recognoscit se tenere et debere dicto hospitali quem acquisivit a Mermeto Mossuz textore de Melduno unum ortum situm ou Fez supra viam publicam ab oriente et ortum eys Conguashoules ? ab occidente et a vento, prout etc., pro ii solidis vi denariis Lausannensibus census cum directo dominio etc. (several words inserted above the line, illegible), quorum sex denarii sunt de censu annuali dicti orti ex parte quondam Johanneti Bollion et ii solidi sunt de legato quondam Brussete filie sue uxoris Mermeti Mossuz etc., datum xxiiii die mensis Aprilis anno domini m^o ccc^o nonagesimo primo (24 apr 1391).

Perrodus Baczon ? morans Meldunum juratus tenet ad censum imperpetuum a dicto hospitali unam ochiam sitam en Pererea inter terram quondam Dureti de Nyrioz ex una parte et ochiam Perrodi Apprensa ex altera et tangit ochiam liberorum Roleti Mugnaschon, prout etc., ad iiiiii^{or} solidos Lausannenses census solvendo annuatim in Martino Yemalis etc., cum directo dominio etc., datum vi die Marcii.

11v [ACV D11v]

Perrusseta uxor Roleti Barberii notarii de Melduno et Johannes eorum filius confitentur tenere ad censum perpetuum a dicto hospitali unum ortum situm extra portam Mali Burgi juxta ortum Roleti predicti quem ortum fuit a Dureto textore a borea et ortum Auberti Blondat a vento et juria, ruetam ab occidente, quem ortum acquisierunt a Johanne Landry clerico ad sexdecim denarios Lausannenses census solvendo annuatim in Martino Yemalis etc, promictit solvere juramento et obligacione dicti orti etc., cum directo dominio etc., datum vi (possibly altered from or to xi) die mensis Marcii.

Johanes Bignex ? carnifex juratus tenet a dicto hospitali ad censum imperpetuum bancam sitam in cadro hospitalis juxta truncum et juxta carreriam tendentem a bastia apud Malum Burgum ad sex denarios Lausannenses census solvendo annuatim in Martino Yemalis cum directo dominio etc., datum ultima die mensis Aprilis anno domini m^o ccclxxxvii (30 apr 1387).

Idem [Johannes] ex parte et de legato Cossonete quondam uxoris sue necnon ? de legato matris sue dicti Johannis quos assignat annuatim recuperandos super omnia bona sua termino predicto, iiiii denarios Lausannenses de elemosina.

Richardus Malliet ? (faded script) carnifex burgensis Melduni juratus tenet a dicto hospitali pro se et suis heredibus bancam sitam cum armeriolo (=armariolo) et placea ? sitam supra pontem hospitalis juxta portam Burgellorum Planorum, prout etc., pro ii solidos Lausannenses bonorum census solvendo annuatim termino predicto cum directo dominio etc., datum ut supra.

Idem [Richardus] de legato ... (no more text, incomplete).

Johannes Borgonion faber de Melduno confitetur et juratus quod cum ipse adquisierit a Jaqueto Renczat (written reczat) de Melduno quandam ochiam sitam versus planchiam deys Raffors juxta Broiam (=Broyam) et ochiam dicti Jaqueti et affrontat ochie Johannodi Rosset a parte inferiori et ochie ecclesie Sancti Stephani de Melduno a parte superiori, prout etc., ad quatuor solidos Lausannenses census solvendos annuatim dicto hospitali in ~~Michaele~~ Martino ? dictus Johannes juramento promittit solvere dictum censum annuatim dicto hospitali in festo predicto cum directo dominio etc., ita tamen quod si Broia (=Broya) aliquid de dicta ochia destrueret, dictum hospitale tenetur eo tunc sibi deducere de dicto censu secundum quod dicta Broia (=Broya) destrueret, datum xvii die mensis Junii. (Added below this item: Uldricus ? Wiognyat ? confitetur tenere ex adquisito predictam ochiam a dicto hospitali sub censum predictum, promittit ? juramento etc. solvere ut supra, datum x die mensis Aprilis anno domini m^o ccc^o lxxxx ? sexto (10 apr 1396 ?), with signature and paraphe of Anthonius de Stagno.)

~~Girardus Borgonion de Belfort filius Oecheti ? dicti loei~~ (inserted above the line: Jaquiardus Ranary de Bolens pro se et suis heredibus) morans Melduni juratus tenet et recognoscit quandam domum sitam in cadro de Malo Burgo a parte broie (=Broye) inter domum Johanneti Lombardet ? panniscissor ex una parte et domum Auberti Blondat ex altera, prout etc., pro uno denario Lausannese census cum directo dominio eorum (should be eodem, as the referent is singular, one denarius) etc. solvendo annuatim in Nativitatis Domini, datum xxviii (possibly lined out) die mensis ~~Julii anno domini millesimo ccc^o lxxx^o septimo~~ (28 ? jul 1387) Februarii anno domini m^o ccc^o nonagesimo primo (28 ? feb 1391).

Ysabella filia quondam Girardi Blondat de Melduno de laude et auctoritate Auberti viri sui jurata tenet ad censum imperpetuum a dicto hospitali domum suam sitam in Malo Burgo Melduni a parte Broie (=Broye) juxta domum Girardi Borgonion ex una parte et domum Johannis Juglar ex altera, prout etc., ad sex denarios Lausannenses census cum directo dominio eorum etc., solvendos annuatim in Maritno Yemalis etc., datum ut supra.

Eadem Ysabella de laude qua supra tenet ad censum imperpetuum a dicto hospitali ortum suum situm ou Fey inter ochiam suam a vento et ortum Roleti Barberii a borea, prout etc., pro octo denarios Lausannenses census solvendos annuatim in Nativitatis Domini etc., cum directo dominio etc., datum ut supra.

Eadem Ysabella de laude qua supra jurata debet dicto hospitali de legato quondam Thome de Burgo assignatis supra dictam domum predictam eorum ii denarios Lausannenses de elemosina census solvendos annuatim ut supra, datum ut supra.

Nychodus ? filius quondam Auberti filii quondam Perrodi Rexierre dicti Reculet de Chastel juratus recognoscit tenere ad censum imperpetuum a dicto hospitali et filiabus de Williens ex parte Perrodi de Chastel a quibus pro medietate unam parvam posam terre sitam subtus Montem de Chavanes inter terram dicti Nychodi ? a parte superiori et terram ecclesie de Melduno quam tenent li Merguaschon ? (uncertain abbreviation and alteration, but see above and below, Mungnaschon) a parte inferiori, prout etc., pro uno quarterono medii frumenti census ad mensuram Melduni pro dicto hospitali pro dicta medietate, et pro xviii monete veteri census pro

alia medietate dicte pose pro dictis sororibus solvendos annuatim in Martino Yemalis cum directo dominio etc., quarum ? quelibet tangit etc., datum ultima die mensis Decembris anno domini m^o ccclxxxvii^o (31 dec 1387).

12v [ACV D12v]

Ceciliona uxor Mermeti Marescot ? burgensis de Melduno nomine eorum et predecessorum suorum dat et legat dicto hospitali nomine elemosine tres denarios Lausannenses census nomine elemosine quos assignat annuatim percipiendos super ochiam suam sitam inter ochiam eys Mugnaschon ex una parte et terram Domini Johannis Tappiez ? ex altera, prout etc., promittit solvere juramento etc., datum xi die mensis Decembris anno domini m^o ccc nonagesimo. (Notation below this item, apparently intended as an insertion, but the insertion point is not designated in the text: in Martino Yemalis.)

Perretus Marescot burgensis Melduni juratus debet dicto hospitali ex donacione facta nomine elemosine pro remedio anime predicti Mermeti et dicta Cecilione tres denarios Lausannenses census nomine elemosine etc. solvendos annuatim in festo predicto etc., assignat super quandam ochiam sitam retro domum eis Mugnaschon juxta predictam ochiam ex una parte et viam publicam ex altera, quam ochiam quictavit dicta Ceciliona etc., prout etc., datum xv die mensis Aprilis anno domini m^o ccc^o nonagesimo tercio (15 apr 1393).

13 [ACV D13]

Bastia Melduni

Primo, Anthonius filius quondam Johnnodi Greschon burgensis de Melduno (but inserted above this line in a different ink, and neither entry lined out: Perronetus filius quondam Lamberti Pollet de Pinez ? juratus tenet # scripta; see below in the added text for an explanation, but the expected counterpart to the reference mark # is not visible anywhere on this page) juratus tenet a dicto hospitali,

Primo, domum suam cum cultilia et ortum anteriori sitam supra lo Mont de Toles juxta terram dicti hospitalis a borea, et terram dicti Antonii superiori cum ochiis et arboribus existentibus in dicto cultiliis et orto, a via publica ab inferiori usque ad terram dicti Anthonii a superiori per metas ibi positas, et est sciendum quod via publica inter terram dicti hospitali et domum predicta per metas ibi positas est communis, prout etc., pro duobus solidis Lausannensibus veteris census cum directo dominio solvendos annuatim in Pascha.

Idem [Anthonius ?] tenet ad censum annum a dicto hospitali res que sequuntur que moventur a dicto hospitali de puro franco et libero allodio, videlicet sex posas terre sitas supra Montem de Tholes in territorio de Melduno inter viam publicam de Tyerrens ex una parte a borea, et terram dicti Anthonii et viam publicam de Cappella a vento, prout etc., ad quinque cupas tercii frumenti census ad mensuram Melduni cum directo dominio earum solvendas annuatim in Michaelis etc. (Additional text below this item: Leventur itineri predicte lictere pro dicto hospitali de voluntate dicti Anthonii, datum die xxiii mensis Marcii Februarii anno domini m^o ccclxxxv^o, with signature and parape of Johannes Landri. In a different ink, and this is

presumably the text corresponding to the reference mark # in the first item on this page: Pro Perroneto filio quondam Lamberti Pollet de Pinez qui tenet predictam.)

